

5

**ROMA TIBI SUBITO MOTIBUS IBIT AMOR**

10

# **AB URBE CONDITA**

**TEXTES CHOISIS D'HISTOIRE ROMAINE**

15

**LA ROYAUTÉ**

20

25

30

35

JACQUES VERDAN

**CESSEV 1992**

**HISTOIRE ROMAINE. BIBLIOGRAPHIE GÉNÉRALE SOMMAIRE.**  
(ouvrages disponibles au CESSEV)

- M. Bordet, *Précis d'histoire romaine*, Armand Colin. 1969.
- M. Christol, D. Nony, *Des origines de Rome aux invasions barbares*. Hachette  
Université. 1974.
- 45P. Grimal, *La civilisation romaine*, 1e éd. Arthaud. 1960. 2e éd. Flammarion  
"Champs". 1981.
- J. Heurgon, *Rome et la Méditerranée occidentale jusqu'aux guerres puniques*, P.U.F.  
1969.
- L. Homo, *Nouvelle histoire romaine*, Fayard. 1969. ( 1e éd. 1941).
- 50L. Jerphagnon, *Histoire de la Rome antique*, Tallandier. 1989.
- C. Nicolet, *Rome et la conquête du monde méditerranéen* ( 2 tomes). P.U.F. 1971.
- P. Petit, *Le premier siècle de notre ère*. Armand Colin U2. 1968.
- A. Piganiol, *La conquête romaine*, P.U.F. (1e éd. 1927), 5e éd. refondue 1967.
- A. Piganiol, *Histoire de Rome*, P.U.F. (1e éd. 1939), 6e éd. 1977 . (Supplément  
55 bibliographique mis à jour en 1961.
- R. Remondon, *La crise de l'empire romain de Marc-Aurèle à Anastase*, P.U.F. 1971
- J. Rougé, *Les institutions romaines de la Rome royale à la Rome chrétienne*, Armand  
Colin U2. 1969.

60

*Comme le champ semé en verdure foisonne,  
De verdure se hausse en tuyau verdissant,  
65 Du tuyau se hérissé en épi florissant,  
D'épi jaunit en grain, que le chaud assaisonne,*

70

*Et comme en la saison le rustique moissonne  
Les ondoyants cheveux du sillon blondissant,  
Les met d'ordre en javelle, et du blé jaunissant  
Sur le champ dépouillé mille gerbes façonne,*

75

*Ainsi de peu à peu crût l'empire romain,  
Tant qu'il fut dépouillé par la barbare main,  
Qui ne laissa de lui que ces marques antiques*

80

*Que chacun va pillant, comme on voit le glaneur,  
Cheminant pas à pas, recueillir les reliques  
De ce qui va tombant après le moissonneur.*

*Joachim du Bellay*

**Les Antiquités de Rome, 1554**

## 1. La fondation légendaire

90

PRIAM, roi de Troie

Le Troyen ANCHISE + VÉNUS

95

50 fils, dont  
PARIS50 filles, dont  
CRÉUSE

mariée avec

ÉNÉE

100

ASCAGNE (ou IULE), fondateur d'Albe

dynastie albaine, dont les deux frères

105

NUMITOR AMULIUS

MARS + RHÉA SILVIA

110

ROMULUS et RÉMUS

*Romulus et Rémus ont fait disparaître l'usurpateur Amulius et viennent de rendre 115 le trône d'Albe à leur grand-père Numitor.*

Ita Numitori Albana re permissa, Romulum Remumque cupido cepit in iis locis ubi expositi ubique educati erant urbis condendae. Et supererat\* multitudo Albanorum Latinorumque; ad id pastores quoque accesserant, qui <sup>PAGE</sup> omnes 120 facile spem facerent parvam Albam, parvum Lavinium prae ea urbe quae conderetur fore. Intervenit deinde his cogitationibus avitum\* malum, regni cupido, atque inde foedum certamen coortum a satis miti principio: quoniam <sup>PAGE</sup>, cum gemini essent, nec aetatis verecundia discrimen facere posset, ut di quorum tutelae ea loca essent auguriis legerent qui nomen novae urbi 125 daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum\* templa <sup>PAGE</sup> capiunt.

Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures\* ; jamque nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua

<sup>PAGE</sup> *Qui ...facerent* : relative consécutive, "de façon que l'ensemble laissait aisément espérer que".

<sup>PAGE</sup> *Quoniam nec aetatis verecundia discrimen facere posset* : "Puisque, pensaient-ils, même la considération d'âge ne pouvait les différencier".

<sup>5</sup> <sup>PAGE</sup> *Templa* : dans la langue augurale, désigne l'espace délimité par l'augure dans le ciel et sur la terre à l'intérieur duquel il recueille les présages.

multitudo consalutaverat <sup>PAGE</sup> : tempore illi praecepto <sup>PAGE</sup> , at hi numero avium  
130 regnum trahebant. Inde cum altercatione\* congressi certamine irarum ad  
caedem vertuntur; ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatio fama est ludibrio  
fratris Remum novos transiluisse\* muros; inde ab irato Romulo, cum verbis  
quoque increpitans adjecisset « Sic deinde <sup>PAGE</sup> , quicumque alius transiliet  
moenia mea », interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs  
135 conditoris nomine appellata.

Palatium primum, in quo ipse erat educatus, muniit. Sacra dis aliis Albano  
ritu, Graeco Herculi, ut ab Evandro instituta erant, facit. Herculem in ea loca  
Geryone interempto boves <sup>PAGE</sup> mira specie abegisse\* memorant, ac prope  
Tiberim fluvium, qua prae se armentum agens nando\* trajecerat, loco herbido, ut  
140 quiete et pabulo laeto reficeret boves, et ipsum fessum via procubuisse. Ibi cum  
eum cibo vinoque gravatum\* sopor\* oppressisset, pastor accola\* ejus loci,  
nomine Cacus <sup>PAGE</sup> , ferox viribus, captus pulchritudine boum cum avertere eam  
praedam vellet, quia, si agendo armentum in speluncam\* compulisset, ipsa  
vestigia quaerentem dominum eo deductura erant, aversos\* boves eximum  
145 quemque <sup>PAGE</sup> pulchritudine caudis\* in speluncam traxit. Hercules, ad primam  
auroram somno excitus, cum gregem perlustrasset\* oculis et partem abesse  
numero sensisset, perguit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent.  
Quae ubi omnia foras versa vidit nec in partem aliam ferre, confusus atque  
incertus animi <sup>PAGE</sup> , ex loco infesto agere porro armentum ocepit\*. Inde cum  
150 actae boves <sup>PAGE</sup> quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, reddita  
inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit. Quem cum vadentem ad  
speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, ictus clava\* fidem pastorum  
nequiquam invocans morte occubuit\*. Evander tum ea, profugus ex  
Peloponneso, auctoritate magis quam imperio regebat loca, venerabilis vir  
155 miraculo litterarum <sup>PAGE</sup> , rei novae inter rudes artium homines, venerabilior  
divinitate credita Carmentae <sup>PAGE</sup> matris, quam fatiloquam\* ante Sibyllae in  
Italiam adventum miratae eae gentes fuerant <sup>PAGE</sup> . Is tum Evander, concursu  
pastorum trepidantium circa advenam manifestae\* reum caedis excitus\*,

<sup>PAGE</sup> Ea salutatio confère l'imperium.

<sup>PAGE</sup> Tempore praecepto: " à cause de la priorité dans le temps".

<sup>PAGE</sup> Sic deinde : sous-entendre *ei fiat* .

10 <sup>PAGE</sup> Boves : Hercule ramenait des extrémités du monde occidental, et des Colonnes qui portent son nom, les troupeaux merveilleux qu'il avait ravis à Géryon, monstre à trois têtes.

<sup>PAGE</sup> Cacus : ancien dieu latin dont la légende faisait le fils de Vulcain et un monstre infernal.

<sup>PAGE</sup> Eximum quemque : apposition limitative à *boves*, *eximius* ayant la valeur d'un superlatif.

<sup>PAGE</sup> Animi: génitif de relation avec des adjectifs ou des participes exprimant un état passager  
15 de l'âme.

<sup>PAGE</sup> Boves: ici et plus bas au féminin.

<sup>PAGE</sup> Litterarum : on attribuait à Evandre l'invention de l'alphabet.

<sup>PAGE</sup> Carmenta : nymphe que l'on donnait pour mère à Evandre et dont le nom était rattaché à *carmen* , la prophétie.

20 <sup>PAGE</sup> Euerant = erant.

postquam facinus facinorisque causam audivit, habitum formamque viri  
 160 aliquantum <sup>PAGE</sup> ampliorem augustioremque humana intuens, rogat qui vir  
 esset. Ubi nomen patremque ac patriam accepit, «Jove\* nate, Hercules, salve,  
 inquit; te mihi mater, veridica interpres deum, aucturum caelestium numerum  
 cecinit, tibi que aram hic dicatum\* iri quam opulentissima olim in terris gens  
 Maximam vocet tuoque ritu colat ». Dextra Hercules data accipere se omen  
 165 impleturumque\* fata ara condita ac dicata ait. Ibi tum primum bove eximia  
 capta de grege sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac  
 Pinariis, quae tum familiae maxime inclitae\* ea loca incolebant, factum. (...)

Crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia appetendo<sup>15</sup> loca, cum  
 in spem magis futurae multitudinis quam ad id quod tum hominum erat  
 170 munirent. Deinde, ne vana urbis magnitudo esset, adliciendae\* multitudinis  
 causa vetere consilio condentium<sup>16</sup> urbes, qui obscuram atque humilem  
 conciendo ad se multitudinem natam e terra<sup>17</sup> sibi prolem ementiebantur\*, locum  
 qui nunc saeptus\* escendentibus\* inter duos lucos est Asylum<sup>18</sup> aperit. Eo ex  
 finitimis populis turba omnis, sine discrimine<sup>19</sup> liber an servus esset, avida  
 175 novarum rerum perfugit; idque primum ad coeptam magnitudinem<sup>20</sup> roboris<sup>21</sup>  
 fuit. Cum jam virium haud paeniteret\*, consilium<sup>22</sup> deinde viribus parat. Centum  
 creat senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant qui  
 creari patres possent. Patres certe ab honore patricii que progenies eorum  
 appellati.

180

Tite-Live, *Histoire romaine*, I, 6-8

**Vocabulaire :** *superesse*, être en surabondance / *avitus, a, um* : ancestral /  
*inaugurare* : consacrer un emplacement / *voltur, uris, m.* : vautour / *altercatio, onis,*  
*f.* : lutte oratoire / *transilire* : franchir / *abigere* : pousser devant soi, amener / *nare*  
 185 : nager / *gravare* : alourdir / *sopor, oris, m.* : sommeil / *accola, ae, m.* : voisin /  
*spelunca, ae, f.* : caverne / *aversus, a, um* : à reculons / *cauda, ae, f.* : queue /  
*perlustrare* : passer en revue / *occipere* : entreprendre / *clava, ae, f.* : massue /  
*occumbere* : mourir / *fati loquus, a, um* : qui prédit l'avenir / *manifestus, a, um* : pris  
 sur le fait / *excire* : appeler, faire sortir / *Jupiter, Jovis, m.* : Jupiter / *dicare* :  
 190 consacrer / *implere* : accomplir / *inclitus, a, um* : célèbre / *appetere* : chercher à  
 atteindre, gagner / *adlicere* : attirer à soi / *concire* : assembler, réunir / *ementiri* :  
 alléguer faussement / *saepire* : enclore, entourer / *escendere* : monter / *haud*  
*paenitet* : être satisfait.

PAGE *Aliquantum* : on attendrait plutôt *aliquanto* devant un comparatif.

15<sup>15</sup> *Appetendo* : en croissant, la ville va englober dans son enceinte les terrains adjacents au  
 Palatin jusqu'au Capitole compris.

16<sup>16</sup> *Condentium* : s.-e. *hominum*

21<sup>17</sup> *Natam e terra* : probablement allusion à la fondation de Thèbes par Cadmos.

18<sup>18</sup> *Asylum* : attribut de locum.

19<sup>19</sup> *Sine discrimine* : construit avec une interrogation indirecte.

20<sup>20</sup> *Ad coeptam magnitudinem* : "conforme à la grandeur naissante".

21<sup>21</sup> *Roboris* : à rattacher à *id*. Ici *robur* a le sens de "noyau". Littéralement : "ceci  
 30 en fait de noyau".

22<sup>22</sup> *Consilium* : il s'agit d'un sénat primitif.

## 2. Romulus et Rémus prennent les auspices

195 Curantes magna cum cura tum cupientes  
regni dant operam simul auspicio augurioque.  
...Remus auspicio se devovet\* atque secundam  
solus avem servat\* ; at Romulus pulcher in alto  
quaerit Aventino, servat genus altivolantum\*.

200 Certabant, urbem Romam Remoramne vocarent :  
omnibus cura viris, uter esset induperator\* .  
Exspectant veluti, consul cum mittere signum  
volt, omnes avidi spectant ad carceris\* oras,  
quam mox emittat pictis e faucibus currus :

205 sic exspectabat populus atque ore timebat  
rebus, utri magni victoria sit data regni.  
Interea sol albus recessit in infera noctis.  
Exin\* candida se radiis dedit acta foras\* lux  
et simul ex alto longe pulcherrima praepes\*  
210 laeva\* volavit avis. Simul aureus exoritur sol.  
Cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta  
avium, praepetibus sese pulchrisque locis dant.  
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora  
auspicio regni stabilita\* scamna\* solumque.

215

Ennius, *Annales*, v. 76-95

**Vocabulaire** : *devovere, eo, vovi, votum* : dévouer, consacrer / *servare* : observer /  
220 *altivolans, antis, 3g.* : qui vole haut / *induperator = imperator* / *carcer, eris, m.*  
l'enceinte d'où partent les chars dans une course / *exin* : ensuite / *foras* : dehors  
(avec mouvement) / *praepes, etis, 3g.* : favorable / *laevus, a, um* : qui est à gauche /  
*stabilire, io, ivi, itum* : affermir, appuyer / *scamnum, i, n.* : banc ; ici = trône

225

### 3. Le site de Rome

Ce texte est tiré d'un discours du dictateur Camille, prononcé selon Tite-Live en 230 l'an 365 après la fondation de Rome, c'est-à-dire en 390 av. J.-C., l'année même de l'attaque des Gaulois. Les tribuns avaient exhorté le peuple à quitter Rome; Camille intervient pour l'en dissuader et montrer les avantages du site de Rome

Non sine causa di hominesque hunc urbi condendae locum elegerunt, 235 saluberrimos colles, flumen opportunum\*, quo ex mediterraneis\* locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur, mare vicinum ad commoditates nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum, regionum Italiae medium, ad incrementum\* urbis natum unice locum. Argumento est ipsa magnitudo tam novae urbis. Trecentesimus 240 sexagesimus quintus annus Urbis, Quirites, agitur; inter tot veterrimos populos tam diu bella geritis, cum interea, ne singulas loquar urbes, non conjuncti cum Aequis Volsci\*, tot tam valida oppida, non universa Etruria, tantum terra marique pollens\* atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiae, bello vobis par est. Quod\* cum ita sit quae, malum\*, ratio est expertos illa alia experiri, cum 245 jam, ut\* virtus vestra transire alio possit, Fortuna certe loci hujus transferri non possit ? Hic Capitolium est, ubi quondam capite humano invento responsum est eo loco caput rerum summamque imperii fore.

Tite-Live, *Histoire romaine*, V, 54, 4-7

250

**Vocabulaire:** *opportunus, a, um* : commode / *mediterraneus, a, um* : qui est au milieu des terres / *incrementum, i, n.* : accroissement / *Aequi, Volsci, orum, m. pl.* : les Eques, les Volsques (peuples voisins des Latins) / *pollens, entis, 3 g.* : puissant / *quod cum ita sit* : puisqu'il en est ainsi, dans ces conditions / *malum* 255 (interjection) : que diable ! / *ut + subj.* à supposer que

#### *Avantages de la situation géographique de Rome*

Comment donc Romulus, pour réunir tous les avantages du littoral et en écarter 260 les inconvénients. aurait-il pu se montrer plus divin qu'en fondant sa ville sur la rive d'un fleuve au cours permanent et régulier et qui s'écoule dans la mer par un large estuaire ? La ville pouvait ainsi recevoir par mer tout ce qui lui manquait et exporter ce dont elle regorgeait; et grâce à ce même fleuve, les objets les plus nécessaires aux besoins immédiats et à ceux de la vie civilisée pouvaient non seulement remonter de la mer à elle, 265 mais aussi lui parvenir de l'intérieur des terres . Romulus a donc, me semble-t-il, prévu alors déjà que notre ville serait un jour le centre et le foyer du plus grand des empires; car il n'y avait guère d'emplacement, dans une autre région de l'Italie, où une ville pût plus aisément conserver une telle hégémonie.



Quant aux fortifications naturelles de la ville même, qui peut être assez inattentif  
 270 pour les ignorer et les méconnaître ? Le tracé de la muraille construite avec sagesse  
 d'abord par Romulus, puis par les autres rois, parcourt des collines aux escarpements  
 abrupts de tous les côtés; il ne restait ainsi qu'une seule voie d'accès, qui s'ouvrait entre  
 l'Esquilin et le Quirinal; elle put être fermée par l'obstacle d'un talus très élevé, bordé  
 d'un très profond fossé; en outre, la citadelle appuyait ses fortifications sur une enceinte à  
 275 pic et sur un roc comme taillé sur tout son pourtour, si bien que même dans la crise  
 affreuse de l'invasion gauloise, elle est restée sans dommage et hors d'atteinte.  
 L'emplacement qu'il choisit possédait de nombreuses sources et restait salubre, au milieu  
 d'une région malsaine; en effet, les collines, aérées elles-mêmes par les vents, étendent  
 leurs ombres sur les vallées .

280

Cicéron, *De Republica*, II, 5-6

#### 4. L'opinion d'un historien antique sur les légendes des origines de Rome

285 Quae ante conditam condendamve<sup>1</sup> Urbem poeticis magis decora\* fabulis  
 quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec adfirmare nec  
 refellere\* in animo est. Datur haec venia<sup>2</sup> antiquitati ut miscendo humana divinis  
 primordia urbium augustiora faciat; et, si cui populo licere oportet consecrare\*  
 origines suas et ad deos referre auctores, ea belli gloria est populo Romano ut,  
 290 cum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat\*<sup>3</sup>, tam et hoc  
 gentes humanae patientur aequo animo quam imperium patiuntur.

Sed haec et his similia utcumque\* animadversa\* aut existimata erunt,  
 haud in magno equidem ponam discrimine\* : ad illa<sup>4</sup> mihi<sup>5</sup> pro se quisque acriter  
 intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus  
 295 domi militiaeque et partum et auctum imperium sit ; labente deinde paulatim  
 disciplina velut desidentes\* primo mores sequatur<sup>6</sup> animo, deinde ut magis  
 magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec ad haec tempora quibus  
 nec vitia nostra nec remedia<sup>7</sup> pati possumus perventum est.

Tite-Live, *Histoire romaine, Préface, 6-9*

1 <sup>1</sup> *Condendam* cet adjectif verbal marque l'intention; "avant qu'on eût l'intention de fonder la Ville".

2 <sup>2</sup> *Venia* : la "permission" de mêler les légendes à la réalité.

3 <sup>3</sup> *Ferat* : subjonctif par attraction modale ou pour exprimer la répétition ( ce dernier usage tendit à se développer à la fin de l'époque républicaine et surtout à l'époque impériale ).

4 <sup>4</sup> *Ad illa* : annonce " quae vita..."

5 <sup>5</sup> *Mihi* : datif dit "éthique", rattaché de manière très libre au reste de la phrase. Cf. le français "Goûtez-moi cette sauce". "*Mihi pro se quisque*" trad. par "que chacun veuille bien pour sa

40 part..."

6 <sup>6</sup> *Sequatur* : sujet *quisque*.

7 <sup>7</sup> *Remedia* : il est fait allusion à une tentative de réforme morale esquissée par Auguste à laquelle il avait dû renoncer devant l'opposition générale.

300 **Vocabulaire** : *decorus, a, um* : orné, paré / *refellere* : réfuter, démentir / *consecrare* : sanctifier / *ferre* : ici, présenter, proposer / *utcumque* : de quelque manière que / *animadvertere* : ici, critiquer / *in discrimine ponere* : attacher de l'importance à / *desidere, o* : s'affaiblir, s'abaisser

305

## 5. Date de la fondation de Rome

*La date exacte de la fondation de Rome ne peut évidemment être fixée avec précision. Cependant les Romains, très tôt déjà, en ont débattu. Vers la fin de la République, la date du 21 avril (fêtes des Palilia, en l'honneur de Palès) 753 a prévalu.*

310 Cicéron, dans le **De Republica**, par la voix de Scipion Emilien, aborde cette question de chronologie à propos de l'apothéose de Romulus.

Romulus cum septem et triginta regnavisset annos et haec egregia duo firmamenta\* rei publicae peperisset, auspicia et senatum, tantum\* est consecutus  
315 ut, cum subito sole obscurato non comparuisset\*, deorum in numero conlocatus putaretur; quam opinionem\* nemo umquam mortalis adsequi potuit sine eximia virtutis gloria.

Atque hoc eo magis est in Romulo admirandum quod ceteri, qui dii ex hominibus facti esse dicuntur, minus eruditiss\* hominum saeculis fuerunt, ut  
320 fingendi proclivis\* esset ratio\*, cum imperiti facile ad credendum impellerentur; Romuli autem aetatem minus his\* sescentis annis, jam inveteratis\* litteris atque doctrinis omnique illo antiquo ex inculta hominum vita errore sublato, fuisse cernimus. Nam si, id quod Graecorum investigatur\* annalibus\*, Roma condita est secundo anno olympiadis septimae, in id saeculum Romuli cecidit aetas cum  
325 jam plena Graecia poetarum et musicorum esset minorque fabulis nisi de veteribus rebus haberetur fides. Nam centum et octo annis postquam Lycurgus leges scribere instituit prima posita est olympias, quam quidam nominis errore ab eodem Lycurgo constitutam putant; Homerum autem, qui minimum\* dicunt, Lycurgi aetati triginta annis anteposunt fere.

330 Ex quo intellegi potest permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum, ut jam doctis hominibus ac temporibus ipsis eruditiss ad fingendum vix quicquam esset loci. Antiquitas enim recepit fabulas fictas etiam nonnumquam incondite\*, haec aetas autem jam exculta\* praesertim eludens\* omne quod fieri non potest respuit\*.

335

Cicéron, *De Republica*, II, 17-18

**Vocabulaire** : *firmamentum, i, n.* : appui / *tantum* : trad. "un tel prestige" / *comparere, eo, ui* : apparaître. Trad. comme si l'on avait *non jam* / *opinio, onis, f.* : réputation / *eruditus, a, um* : cultivé, instruit / *proclivis, e* : enclin, prédisposé /  
340 *ratio fingendi* : trad. "la tendance à imaginer des fables" / *his sescentis annis* équivaut à peu près à *sescentis ante annis* / *inveteratus, a, um* (part. passé de *inveterare*) : devenu vieux / *investigare* : rechercher avec soin / *annales, ium, m. pl.* : annales / *minimum dicunt* : trad. "qui donnent la date la plus récente" / *incondite adv.* : grossièrement, sans art / *excolere* : cultiver / *eludere* : se railler  
345 *de / respuere, o, ui* : rejeter.

Au IV<sup>e</sup> siècle après J.-C., Eutropius résume cette même question de la manière suivante :

Romanum imperium, quo neque ab exordio\* ullum fere minus neque  
350 incrementis\* toto orbe amplius humana potest memoria recordari\*, a Romulo  
exordium habet, qui Reae Silviae, Vestalis virginis, filius et, quantum putatus est,  
Martis cum Remo fratre uno partu editus est. Is cum inter pastores  
latrocinaretur\*, decem et octo annos natus urbem exiguam in Palatino monte  
constituit, XI Kal. Maias, Olympiadis sextae anno tertio, post Troiae excidium\*, ut  
355 qui\* plurimum minimumque tradunt, anno trecentesimo nonagesimo quarto.

Eutropius, *Breviarium ab urbe condita*, I, 1, 1-2

**Vocabulaire :** *exordium*, ii, n. : commencement / *incrementum*, ii, n. :  
accroissement / *recordari* + acc. : se rappeler / *excidium*, ii, n. : destruction / *ut qui*  
360 = *ut* ( *ut.....tradunt* : trad. "à partir de la date moyenne admise par la tradition".)

Bibliographie : sur la chronologie cf. Bayet *Tite-Live, Histoire romaine*, I, Belles-Lettres, p. CVIX  
sqq et Heurgon *Rome et la Méditerranée occidentale*, p. 226 sqq

365

## 6. L'enlèvement des Sabines. Croissance de Rome

370 Jam res Romana adeo erat valida ut cuilibet finitimarum civitatum bello  
par esset; sed penuria mulierum hominis aetatem<sup>1</sup> duratura magnitudo erat,  
quippe quibus<sup>2</sup> nec domi spes prolis nec cum finitimis  
conubia\* essent. Tum ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes  
misit qui societatem conubiumque novo populo peterent, "urbes quoque, ut  
375 cetera, ex infimo nasci; dein, quas sua virtus ac di juvent, magnas opes sibi  
magnumque nomen facere; satis scire origini Romanae et deos adfuisse et non  
defuturam virtutem; proinde\* ne gravarentur\* homines cum hominibus  
sanguinem ac genus miscere". Nusquam benigne legatio audita est: adeo simul\*  
sperebant, simul tantam in medio\* crescentem molem sibi ac posteris suis  
380 metuebant. Ac plerisque rogitantibus dimissi "ecquod\* feminis quoque asylum  
aperuissent: id enim demum\* compar\* conubium fore". Aegre id Romana  
pubes\* passa et haud dubie ad vim spectare res coepit. Cui tempus locumque  
aptum ut daret, Romulus, aegritudinem animi dissimulans, ludos ex industria  
parat Neptuno equestri sollemnes; Consualia<sup>3</sup> vocat. Indici deinde finitimis

1 <sup>1</sup> *Aetatem* : acc. de durée.

452 <sup>2</sup> *Quibus* : antécédent sous-entendu : *Romanorum* complément de *magnitudo*.

3 <sup>3</sup> *Consualia* : ces fêtes étaient célébrées le 21 août et le 15 décembre au Circus  
Maximus, autour de l'*ara Consi*, caché dans une fosse que l'on ne découvrait que

385spectaculum jubet; quantoque<sup>4</sup> apparatu tum sciebant aut poterant concelebrant,  
 ut rem claram exspectatamque facerent. Multi mortales convenere, studio etiam  
 videndae novae urbis, maxime proximi quique, Caeninenses\*, Crustumini,  
 Antemnates; jam\* Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac conjugibus venit.  
 Invitati hospitaliter per domos cum situm moeniaque et frequentem\* tectis  
 390urbem vidissent, mirantur tam brevi rem Romanam crevisse. Ubi spectaculi  
 tempus venit deditaque eo<sup>5</sup> mentes cum oculis erant, tum ex composito\* orta  
 vis signoque dato juvenus Romana ad rapiendas virgines discurrit. Magna pars  
 forte<sup>6</sup>, in quem<sup>7</sup> quaeque inciderat, raptae; quasdam forma excellentes,  
 primoribus patrum destinatas, ex plebe homines quibus datum negotium erat  
 395domos<sup>8</sup> deferebant; unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a  
 globo\* Thalassi cujusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus\* cuinam eam  
 ferrent, identidem\*, ne quis violaret, "Thalassio" ferri clamitatum: inde  
 nuptialem hanc vocem<sup>9</sup> factam.

Turbato per metum ludicro\* maesti parentes virginum profugiunt,  
 400incusantes violatum hospitii foedus deumque invocantes cujus ad sollemne\*  
 ludosque per fas ac fidem<sup>10</sup> decepti venissent. Nec raptis<sup>11</sup> aut spes de se melior  
 aut indignatio est minor. Sed ipse Romulus circumibat docebatque " patrum id  
 superbia factum, qui conubium finitimis negassent; illas tamen in matrimonio, in  
 societate fortunarum omnium civitatisque et, quo nihil carius humano generi sit,  
 405liberum<sup>12</sup> fore<sup>13</sup>; mollirent modo iras et, quibus fors corpora dedisset, darent  
 animos; saepe ex injuria postmodum gratiam\* ortam; eoque melioribus usuras  
 viris quod adnissurus\* pro se quisque sit ut, cum suam vicem\* functus officio sit,  
 parentium etiam patriaeque expleat\* desiderium". Accedebant blanditiae\*

ces jours-là. *Consus* était une divinité agraire qui protégeait le silo où l'on engrangeait la récolte. Comme ces fêtes étaient accompagnées de courses de  
 50chevaux, on a confondu *Consus* avec Poséidon Hippios. De plus une étymologie douteuse faisait de *Consus* (<*consilia*) le dieu des stratagèmes : c'est donc en raison de la ruse qu'il médite que Romulus appelle sa fête les *Consualia*.

44 *Quanto* : constr. : *tanto apparatu concelebrant quanto tum sciebant*.

55 *Eo* : adv. de lieu = ad spectaculum.

556 *Forte* : suivant le hasard, au hasard.

77 *In quem* : antécédent sous-entendu *ab eo*.

88 *Domos* : s.-e. *primorum*.

99 *Vox nuptialis* : le mariage romain comportait un simulacre d'enlèvement : le cortège des invités feignait d'arracher la jeune fille à sa mère et la conduisait  
 60jusqu'à la porte de l'époux, en criant "Thalassio". Le mot, inexplicable, est interprété ici comme un datif.

1010 *Per fas et fidem* : "au mépris de la religion et de la bonne foi".

1111 *Raptis* : s.-e. *virginibus*.

1212 *Liberum* = *liberorum*.

651313 *In matrimonio, in societate fore* : "elles allaient entrer dans le mariage qui leur donnerait leur part de droits sur..."

virorum, factum purgantium\* cupiditate atque amore<sup>14</sup>, quae maxime ad  
410 muliebre ingenium efficaces preces sunt.

Jam admodum mitigati\* animi raptis erant; at raptarum parentes tum  
maxime\* sordida veste lacrimisque et querellis civitates concitabant. Nec domi  
tantum indignationes continebant, sed congregabantur\* undique ad T. Tatium  
regem Sabinorum; et legationes eo, quod maximum Tati nomen in iis regionibus  
415 erat, conveniebant. Caeninenses Crustumique et Antemnates erant ad quos  
ejus injuriae pars pertinebat. Lente agere his Tatius Sabinique visi sunt: ipsi inter  
se tres populi communiter bellum parant.

*Dans cette guerre, les troupes de Caenina, de Crustumérie et d'Antennes sont  
battues par Romulus.*

420 Novissimum\* ab Sabinis bellum ortum, multoque id maximum fuit : nihil  
enim per iram aut cupiditatem actum est, nec ostenderunt bellum prius quam  
intulerunt. Consilio etiam additus dolus. Sp. Tarpeius Romanae praeerat arci.  
Hujus filiam virginem auro corrumpit Tatius ut armatos in arcem accipiat: aquam  
forte ea tum sacris\* extra moenia petitem ierat. Accepti obrutam armis necavere,  
425 seu ut vi capta potius arx videretur seu prodendi exempli causa ne quid usquam  
fidum proditori esset. Additur fabula, quod vulgo\* Sabini aureas armillas\*  
magni ponderis brachio laevo gemmatosque\* magna specie anulos habuerint,  
pepigisse\* eam "quod in sinistris manibus haberent": eo scuta illi pro aureis  
donis congesta\*. Sunt qui eam ex pacto tradendi quod in sinistris manibus esset  
430 derecto\* arma petisse dicant et fraude visam agere sua ipsam peremptam  
mercede. Tenuere tamen arcem Sabini; atque inde postero die, cum Romanus  
exercitus instructus quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi<sup>15</sup> est  
compleisset, non prius descenderunt in aequum quam, ira et cupiditate  
reciperandae arcis stimulante animos, in adversum Romani subiere.

435 *Romains et Sabins engagent le combat. Longtemps indécis, il paraît devoir  
tourner à l'avantage des premiers.*

Tum Sabinae mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat, crinibus  
passis scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausae<sup>16</sup> se inter tela volantia  
inferre, ex transverso\* impetu facto dirimere\* infestas acies, dirimere iras, hinc  
440 patres, hinc viros orantes "ne se sanguine nefando\* soceri\* generique  
respergerent\*, ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, hi liberum  
progeniem<sup>17</sup>": « Si adfinitatis\* inter vos, si conubii piget, in nos vertite iras: nos  
causa belli, nos vulnerum ac caedium viris ac parentibus sumus; melius

14<sup>14</sup> Factum purgantium cupiditate atque amore : "mettaient leur acte sur le compte  
de la passion amoureuse".

15<sup>15</sup> Campi : rattacher à quod.

7016<sup>16</sup> Ausae : seul inferre dépend de ce participe passé.

17<sup>17</sup> Nepotum, liberum (=liberorum) progeniem = nepotes, liberos.



peribimus quam sine alteris vestrum viduae\* aut orbae\* vivemus. » Movet res  
 445cum multitudinem tum duces; silentium et repentina fit quies; inde ad foedus  
 faciendum duces prodeunt. Nec pacem modo sed civitatem unam ex duabus  
 faciunt, regnum consociant\*: imperium omne conferunt Romam. Ita geminata\*  
 urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus\* appellati<sup>18</sup>. (...) . Ex  
 bello tam tristi laeta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus et ante  
 450omnes Romulo ipsi fecit. Itaque, cum populum in curias<sup>20</sup> triginta divideret,  
 nomina earum curiis imposuit.

**Tite-Live, Histoire romaine , I, 9-13, passim**

**Vocabulaire :** *adlicere, io, lexi, lectum* : attirer / *ementiri* : prétendre fausement /  
 455*saepire, io, saepsi, saeptum* : entourer / *escendere* : monter

*conubium, ii, n.* : mariage / *proinde* : par conséquent / *gravari*, dép. : faire des  
 difficultés, se résoudre avec peine / *simul...simul* : d'une part...d'autre part en  
 même temps / *in medio* : sous leurs yeux / *ecqui, ecquae, ecquod* adj. interr. : est-  
 460ce que quelque / *demum* : seulement / *compar, aris, 3g.* : égal, assorti / *pubes, is, f.* :  
 jeunesse, jeunes gens / *Caeninenses* etc. : les habitants de Caenina, Crustumérie,  
 Antennes (villes disparues) / *jam* : d'autre part / *frequens* + abl. : garni de / *ex*  
*composito* : selon ce qui a été convenu / *globus, i, m.* : peloton (de troupes) /  
*sciscitari* : s'informer, questionner / *identidem* : sans cesse

465

*ludicrum, i, n.* : jeu public / *sollemne, is, n.* : fête solennelle / *gratia, ae, f.* :  
 sentiments amicaux / *adniti ut* : s'efforcer de / *suam vicem* : acc. adverbial "pour  
 son propre compte" / *explere* : combler; ici, compenser / *blanditiae, arum, f. pl.* :  
 caresses / *purgare* : justifier

470

*mitigare* : apaiser, adoucir / *maxime* : précisément / *congregari* : se rassembler

*novissimus* : dernier / *sacra, orum, pl.* : culte / *vulgo* adv. : communément /  
*armilla, ae, f.* : bracelet / *gemmatus, a, um* : couvert de pierres précieuses / *pangere*,  
 475*o, pepigi, pactum* : stipuler / *congerere* + dat. : amasser, accumuler / *derecto* adv. :  
 sans détour

*ex transverso* : de flanc / *dirimere* : séparer / *nefandus, a, um* : criminel,  
 abominable / *respergere* : éclabousser / *socer, eri, m.* : beau-père / *affinitas, atis, f.* :  
 480liens de parenté / *viduus, a, um* : veuf / *orbus, a, um* + gén. : privé de / *consociare* :  
 mettre en commun / *geminare* : réunir / *Cures, ium, f. pl.* : Cures, ville des Sabins

485

18<sup>18</sup>*Appellati* : sujet s.-e. *incolae*.

20<sup>20</sup>*Curias* : l'institution des curies, division du peuple romain, se retrouve dans  
 beaucoup de cités italiennes; la curie a son chef (*curio*), ses cultes, son lieu de  
 75réunion; à Rome il y en avait trente à l'origine, dix par tribu. Quelques-uns de  
 leurs noms nous sont parvenus, dont certains (*Rapta, Acculeia, Tita, Faucia,*  
*Velitia*) pourraient justifier l'explication de Tite-Live; d'autres (*Foriensis, Veliensis*)  
 semblent avoir une origine topographique.

## 7. Le combat des Horaces et des Curiaces

Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres, nec aetate nec viribus dispares. Horatios Curiatiosque fuisse satis constat, nec ferme\* res antiqua alia est nobilior; tamen in re tam clara nominum error manet, utrius  
490populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utroque\* trahunt; plures tamen inuenio qui Romanos Horatios vocent: hos ut sequar inclinatus animus. Cum trigeminis agunt\* reges ut pro sua quisque patria dimicent ferro: " ibi imperium fore unde victoria fuerit". Nihil recusatur; tempus et locus convenit. Priusquam dimicarent, foedus ictum\* inter Romanos et Albanos est his legibus ut cujusque<sup>1</sup>  
495populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. (...)

Foedere icto trigemini, sicut convenerat, arma capiunt. Cum sui utrosque adhortarentur, " deos patrios, patriam ac parentes, quidquid civium domi, quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma, illorum intueri manus", feroces et  
500suoapte\* ingenio et pleni adhortantium vocibus in medium inter duas acies procedunt. Considerant utrimque pro castris duo exercitus, periculi magis praesentis quam curae expertes: quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortuna positum. Itaque ergo erecti\* suspensique in minime gratum spectaculum animo incenduntur.

505 Datur signum, infestisque armis velut acies terni\* juvenes magnorum exercituum animos gerentes concurrunt. Nec his nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque obversatur\* animo futuraque ea deinde patriae fortuna quam ipsi fecissent. Ut primo statim concursu increpuere arma micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit et neutro\*  
510inclinata spe torpebat\* vox spiritusque. Consertis deinde manibus, cum jam non motus tantum corporum agitatioque anceps telorum armorumque sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent, duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis, exspirantes corruerunt\*. Ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones jam spes tota, nondum tamen cura  
515deseruerat, exanimis\* vice\* unius quem tres Curiatii circumsteterant. Forte is integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox. Ergo ut segregaret\* pugnam eorum capessit fugam, ita ratus secuturos ut quemque vulnere adfectum corpus sineret. Jam aliquantum spatii ex eo loco ubi pugnatum est<sup>2</sup> aufugerat, cum respiciens videt<sup>3</sup> magnis intervallis sequentes, unum haud  
520procul ab sese abesse. In eum magno impetu rediit; et, dum Albanus exercitus

1 *Cujusque* : équivaut à *alterutrius* (*alteruter* = l'un ou l'autre de deux). La construction de cette phrase est difficile à cause de l'anacoluthie (*cives...vicissent, is...imperitaret*). Sans doute Tite-Live a-t-il voulu imiter ici la formulation archaïque des clauses du traité.

2 *Pugnatum est* : le parfait parce que l'événement est daté par rapport à Tite-Live et non à l'action elle-même.

inclamat Curiatiis uti opem ferant fratri, jam Horatius caeso hoste victor secundam pugnam petebat. Tunc clamore qualis ex insperato\*faventium solet<sup>4</sup> Romani adjuvant militem suum; et ille defungi proelio festinat. Prius itaque quam alter -qui nec procul aberat- consequi posset, et alterum Curiatium conficit.

525 Jamque aequato Marte singuli supererant, sed nec spe nec viribus pares: alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabat; alter fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus victusque fratrum ante se strage victori objicitur hosti. Nec illud proelium fuit. Romanus exsultans «Duos, inquit, fratrum manibus dedi; tertium causae belli hujusce\*, ut Romanus Albano 530 imperet, dabo.» Male sustinenti arma gladium superne\* jugulo defigit, jacentem spoliat.

Romani ovantes\* ac gratulantes Horatium accipiunt, eo majore cum gaudio, quo<sup>5</sup> prope metum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis vertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri dicionis\* alienae 535 facti\*. Sepulcra<sup>6</sup> exstant\* quo quisque loco cecidit, duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana Romam versus\*, sed distantia locis, ut et\* pugnatum est.

Priusquam inde digrederentur, roganti Mettius ex foedere icto quid imperaret, imperat Tullus uti juventutem in armis habeat: “usurum se eorum opera si bellum cum Veientibus<sup>7</sup> foret”. Ita exercitus inde domos abducti.

540 Princeps Horatius ibat, trigemina spolia prae se gerens; cui soror virgo, quae desponsa\* uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit, cognitoque super umeros fratris paludamento<sup>8</sup> sponsi quod ipsa confecerat, solvit crines et flebiliter\* nomine sponsum mortuum appellat. Mouet feroci juveni animum comploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio publico. 545 Stricto itaque gladio, simul verbis increpans transfigit puellam : « Abi hinc cum immaturo\* amore ad sponsum, inquit, oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriae. Sic eat quaecumque Romana lugebit hostem. » Atrox visum id facinus patribus plebique, sed recens meritum facto obstabat. Tamen raptus in jus ad regem. Rex, ne ipse tam tristis ingratus ad vulgus iudicii ac secundum iudicium

853<sup>3</sup> *Videt* : de ce verbe dépendent une proposition participiale (*eos* sous-entendu) puis une proposition infinitive.

4<sup>4</sup> *Solet* : *qualis solet (esse clamor) faventium* : ces cris rappellent la passion avec laquelle les spectateurs, dans les jeux de l’amphithéâtre, applaudissent leurs favoris pour un succès inespéré.

905<sup>5</sup> *Quo* : le comparatif dans la corrélatrice est à tirer de *prope*

6<sup>6</sup> *Sepulcra* : ces tombeaux étaient visibles à l’époque de Tite-Live sur la Via Appia.

7<sup>7</sup> *Veientibus* : *Veientes*, les habitants de Veies, ville d’Etrurie. Tite-Live rappelle la menace étrusque.

958<sup>8</sup> *Paludamento* : ici le *paludamentum* est simplement un manteau de guerre. Ce terme désignera par la suite le manteau rouge du général en chef.



550supplicii auctor esset, concilio populi advocato, «Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent<sup>9</sup>, secundum legem facio. » Lex horrendi\* carminis erat: “ Duumviri perduellionem judicent ; si a duumviris provocarit\*<sup>10</sup>, provocatione certato; si vincent, caput obnubito\*; infelici arbori<sup>11</sup> reste\* suspendito; verberato vel intra pomerium<sup>12</sup> vel extra pomerium.” Hac lege duumviri creati, qui se 555absolvere non rebantur ea lege ne innoxium quidem<sup>13</sup> posse, cum condemnassent, tum alter ex iis: « Publi Horati, tibi perduellionem judico, inquit. I, lictor, colliga manus. » Accesserat lictor injiciebatque laqueum\*. Tum Horatius auctore Tullo, clemente legis interprete: « Provoco », inquit. Ita de provocatione certatum ad populum est. Moti homines sunt in eo judicio maxime P. Horatio 560patre proclamante “ se filiam jure caesam judicare; ni ita esset, patrio jure in filium animadversurum fuisse “. Orabat deinde “ne se, quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent, orbum\* liberis facerent”. Inter haec senex juvenem amplexus, spolia Curiatorum fixa eo loco qui nunc Pila Horatia<sup>14</sup> appellatur ostentans, « Huncine, aiebat, quem modo decoratum ovantemque\* victoria 565incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca\* vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis ? quod vix Albanorum oculi tam deforme\* spectaculum ferre possent. I lictor, colliga manus quae paulo ante armatae imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis hujus; arbore infelici suspende; verbera vel intra pomerium, modo inter illa pila et spolia hostium, vel 570extra pomerium, modo inter sepulcra Curiatorum. Quo enim ducere hunc juvenem potestis ubi non sua decora eum a tanta foeditate supplicii vindicent? » Non tulit populus nec patris lacrimas nec ipsius parem in omni periculo animum; absolveruntque admiratione magis virtutis quam jure causae. Itaque, ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo\* lueretur, imperatum patri ut filium 575expiaret\*, pecunia publica. Is, quibusdam piacularibus\* sacrificiis factis quae deinde genti Horatiae tradita sunt, transmisso per viam tiglio\*, capite adoperto\*

9<sup>9</sup> *Horatio perduellionem judicent* : la *perduellio* (< *perduellis* = *hostis*) est un crime d’hostilité contre l’état, autrement dit un crime de haute trahison. *Horatio* : datif “à l’encontre d’Horace”.

10<sup>10</sup> *Provocarit* : dans ce texte de loi, les sujets, suivant l’usage ancien de la langue juridique, ne sont pas énoncés; il faut les dégager du contexte : *certato* s.-e. “le condamné”; *vincent* s.-e. “les duumvirs”; *obnubito* : s.-e. “le lictor”.

11<sup>11</sup> *Infelici arbori* : la magie antique désignait sous le nom d’“arbres stériles” certaines essences, tel le cornouiller sanguin, vouées aux puissances infernales; 105 on les employait dans le châtement des criminels, ici comme gibet.

12<sup>12</sup> *Pomerium* : limite religieuse et juridique du territoire urbain.

13<sup>13</sup> *Ne innoxium quidem* : il semble que les duumvirs ont pour attribution, non d’entendre l’accusé pour le juger, mais simplement de prononcer sa condamnation pour haute trahison.

14<sup>14</sup> *Pila Horatia* : *pila*, *ae.f.* (plus bas Tite-Live prend ce nom pour un neutre pluriel) = la colonne. Colonne qui se dressait au Forum, à l’angle N.-O. de la Basilique Julienne, et à laquelle avaient été suspendues les armes des Curiaces.

velut sub jugum misit juvenem. Id hodie quoque publice semper refectum manet: sororium tigillum vocant. Horatiae sepulcrum, quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato\*.

580

Tite-Live, *Histoire romaine*, I, 24-26

**Vocabulaire** : *ferme* : à peu près / *utroque* : dans les deux sens / *agere cum* : s'entendre avec, proposer à qqn / *icere, io (o), ici, ictum* : conclure

585

*suuspte* : son propre / *erectus, a, um* : attentif, tendu

*terni, ae, a* : deux fois trois / *obversari* : s'offrir, se montrer / *neutro* : adv. de lieu à la question *quo* / *torpere, eo* : être paralysé, immobile / *corruere, uo, ui, utum* : s'abattre / *exanimis, e* : épouvanté, tremblant, le souffle coupé / *vicis* (génitif ; nom défectif sans nominatif) : ici, destinée, sort / *segregare* : diviser / *ex insperato* : contre toute attente / *hujusce* : -ce renforce *hujus* / *superne* : d'en haut / *jugulum, i, n.* : gorge

*ovare* : ici, pousser des cris de joie / *dicio, onis, f.* : puissance, autorité / *facere* : ici, soumettre / *exstare* : être visible, exister / *versus* : postposition + acc. dans la direction de / *et = etiam*

*despondere, eo, di, sum* : fiancer / *flebiliter* : en pleurant / *immaturus, a, um* : déplacé, intempestif / *horrendus, a, um* : terrible / *provocare de + abl.* : faire appel devant le peuple de / *obnubere, o, psi, ptum* : voiler / *restis, is, f.* : corde / *laqueus, i, m.* : lacet, noeud coulant / *orbis, a, um + abl.* : privé de / *ovare* : ici, triompher / *furca, ae, f.* : fourche (bras fourchu où l'on suspendait les condamnés) / *deformis, e* : affreux / *piaculum, i, n.* : expiation / *expiare* : purifier / *piacularis, e* : expiatoire / *tigillum, i, n.* : poutre / *adoperire* : couvrir / *saxum quadratum* : pierre de taille

605

## 8. Viol de Lucrece. Fin de la royauté.

610 Forte potantibus his<sup>1</sup> apud Sex. Tarquinius, ubi et Conlatinus cenabat Tarquinius, Egeri filius, incidit de uxoribus mentio\*. Suam quisque laudare miris modis; inde certamine accenso Conlatinus negat "verbis opus esse; paucis id<sup>2</sup> quidem horis posse sciri quantum ceteris praestet Lucretia sua". « Quin, si vigor juventae inest<sup>3</sup>, conscendimus equos invisimusque\* praesentes nostrarum 615 ingenia? Id cuique spectatissimum\* sit quod in necopinato\* viri adventu occurrerit oculis.» Incaluerant\* vino; « Age sane » omnes; citatis\* equis avolant Romam. Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt inde Collatiam\*, ubi Lucretiam haudquaquam\* ut regias nurus\*, quas in convivio

1 <sup>1</sup> *His* : désigne les trois fils du roi Tarquin le Superbe. Sextus Tarquin, le plus jeune, s'est déjà signalé plus haut par sa fourberie. Tarquin Collatin, fils 115 d'Egérius, est le petit neveu de Tarquin l'Ancien.

2 <sup>2</sup> *Id* : annonce la proposition *quantum...sua*.

3 <sup>3</sup> *Inest* : s.-e. *nobis*.

luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanae\*  
620inter lucubrantēs\* ancillas in medio aedium sedentem inveniunt. Muliebris  
certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniēns vir Tarquiniique excepti  
benigne: victor maritus comiter invitat regios iuvenes. Ibi Sex. Tarquinius mala  
libido Lucretiae per vim stuprandae\* capit; cum forma tum spectata castitas\*  
incitat. Et tum quidem ab nocturno juvenali ludo in castra<sup>4</sup> redeunt.

625 Paucis interjectis diebus Sex. Tarquinius inscio\* Conlatino cum comite uno  
Collatiam venit. Ubi exceptus benigne ab ignaris<sup>5</sup> consilii cum post cenam in  
hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa  
sopitique\* omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit  
sinistraque manu mulieris pectore oppresso : « Tace, Lucretia, inquit; Sex.  
630Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emiseris vocem.» Cum pavida ex  
somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius  
fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare\* in omnes partes  
muliebrem animum. Ubi obstinatum videbat et ne mortis quidem metu inclinari,  
addit ad metum dedecus: cum mortua jugulatum\* servum nudum positurum ait,  
635ut in sordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cum vicisset obstinatum  
pudicitiam\* velut victrix libido profectusque inde Tarquinius ferox expugnato  
decore muliebri esset, Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad  
patrem Ardeamque ad virum mittit, “ut cum singulis fidelibus amicis veniant; ita  
facto<sup>6</sup> maturatoque opus esse; rem atrocem incidisse.” Sp. Lucretius cum P.  
640Valerio Volesi filio, Conlatinus cum L. Junio Bruto venit, cum quo forte Romam  
rediens ab nuntio uxoris erat conventus\*. Lucretiam sedentem maestam in  
cubiculo inveniunt. Adventu suorum lacrimae obortae\*, quaerentique viro «  
Satin salve\* ? » « Minime » inquit; « Quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia?  
Vestigia viri alieni, Conlatine, in lecto sunt tuo; ceterum corpus est tantum  
645violatum, animus insons; mors testis erit. Sed date dexteras fidemque haud  
impune adultero\* fore<sup>7</sup>. Sex. est Tarquinius qui hostis pro hospite<sup>8</sup> priore nocte vi  
armatus mihi sibi que, si vos viri estis, pestiferum\* hinc abstulit<sup>9</sup> gaudium. » Dant  
ordine omnes fidem; consolantur aegram animi<sup>10</sup> avertendo noxam\* ab coacta in  
auctorem delicti: “mentem peccare, non corpus et unde consilium afuerit culpam

4<sup>4</sup> *Castra* : cette scène se déroule durant une guerre que Rome mène contre la ville d’Ardée.

1205<sup>5</sup> *Ignaris* : s.-e. *famulis*.

6<sup>6</sup> *Facto maturatoque opus esse* : litt. : “une chose faite et une chose rapide étaient nécessaires”, c.-à-d. “il fallait agir, et rapidement”.

7<sup>7</sup> *Fore* : un sujet vague (*id*) est sous-entendu.

8<sup>8</sup> *Hostis pro hospite* : jeu de mots basé sur le lien étymologique et sémantique  
125des deux noms : *l’hospes* est celui qui reçoit *l’hostis* (= l’étranger).

9<sup>9</sup> *Abstulit* : rattacher *hinc* à *abstulit, mihi* à *pestiferum*.

10<sup>10</sup> *Animi* : génitif de relation. *Aegram* s.-e. *eam*.

650abesse". «Vos inquit, videritis<sup>11</sup> quid illi debeatur: ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero; nec ulla deinde impudica\* Lucretiae exemplo vivet. » Cultrum\* quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in vulnus moribunda cecidit. Conclamat vir paterque. Brutus, illis luctu occupatis, cultrum ex vulnere Lucretiae extractum, manantem\* cruore prae se tenens, « Per 655hunc, inquit, castissimum ante regiam injuriam sanguinem juro, vosque, di, testes facio me L Tarquinius Superbum cum scelerata conjuge et omni liberorum stirpe ferro igni quacumque dehinc vi possim exsecuturum, nec illos nec alium quemquam regnare Romae passurum.» Cultrum deinde Conlatino tradit, inde Lucretio ac Valerio, stupentibus miraculo<sup>12</sup> rei, unde novum in Bruti pectore 660ingenium. Ut praeceptum erat jurant; totique ab luctu versi in iram, Brutum jam inde ad expugnandum regnum vocantem sequuntur ducem.

*Brutus enflamme alors la foule et soulève l'armée contre Tarquin. Le roi tente d'entrer dans Rome où l'insurrection a éclaté, mais il trouve les portes closes et doit 665s'exiler avec sa famille.*

L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque et viginti. Regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor. Duo consules inde comitiis centuriatis\* a praefecto urbis ex commentariis\* Serv. Tulli 670creati sunt, L. Junius Brutus et L. Tarquinius Conlatinus.

**Tite-Live, Histoire romaine, I, 57-60**

**Vocabulaire :** *mentio, onis, f.* : mention / *invisere, o, si, sum* : aller voir / *spectatus, 675a, um* : éprouvé, sûr / *necopinatus, a, um* : inopiné, imprévu / *incalescere, o, calui* : s'échauffer / *citato equo* : à bride abattue / *Collatia* : ville à 15 km de Rome / *haudquaquam* : nullement / *nurus, us, f.* : belle-fille, bru / *lana, ae, f.* : laine, travail de la laine / *lucubrare* : travailler à la lueur de la lampe / *stuprare* : déshonorer / *castitas, tatis, f.* : vertu, pureté

680

*inscius, a, um* : qui ne sait pas / *sopire, io, ivi, itum* : endormir, assoupir / *versare* : tourner et retourner / *jugulare* : égorger / *pudicitia, ae, f.* : pureté / *convenire* : rejoindre / *oboriri* : apparaître / *satine* : cela va-t-il bien ? / *adulter, eri, m.* : adultère / *pestifer, era, erum* : funeste / *noxa, ae, f.* : faute, crime / *impudicus* : 685souillé / *culter, tri, m.* : couteau / *manare* : dégoutter / *centurare* : diviser par centuries (les 193 classes dans lesquelles Servius Tullius avait réparti le peuple romain) / *commentarium, ii, n.* : mémoire, recueil de notes

11□1 *Vos videritis* : "c'est à vous de voir".

12□2 *Miraculo* : "prodige". Est construit comme *mirari* avec une interr. indirecte; 130le verbe en est sous-entendu. Jusqu'alors Brutus, neveu du roi, avait feint d'être simple d'esprit (d'où son surnom) pour ôter à son oncle toute raison de le craindre.

## 6909. La royauté jugée par un grand homme de la République

Dans le **De Republica** écrit entre 54 et 52, Cicéron tente de donner une définition du régime politique idéal. Il trouve dans la Rome du II<sup>e</sup> siècle un exemple de ce régime qui emprunte des traits à la monarchie, à l'oligarchie et à la démocratie. Au livre 695II consacré à l'histoire de la constitution romaine, Cicéron, remontant aux origines de la Ville, juge la royauté.

Nam in qua republica est unus aliquis perpetua potestate<sup>1</sup>, praesertim regia, quamvis in ea sit et senatus<sup>2</sup>, ut tum fuit Romae cum erant reges, ut 700Spartae Lycurgi legibus, et ut\* sit aliquod etiam populi jus, ut fuit apud nostros reges, tamen illud excellit\* regium nomen neque potest ejusmodi respublica non regnum et esse et vocari. Ea autem forma civitatis mutabilis\* maxime est hanc ob causam quod unius vitio praecipitata in perniciosissimam partem facillime decidit\*. Nam ipsum regale\* genus civitatis non modo non est reprehendendum, 705sed haud scio an\* reliquis<sup>3</sup> simplicibus longe anteponendum, si ullum probarem\* simplex rei publicae genus, sed ita quoad<sup>4</sup> statum suum retineat. (...)

*Cicéron illustre ensuite par l'exemple du règne de Tarquin le Superbe la fragilité du régime monarchique, qui aboutit à la tyrannie.*

710

Nam rex ille de quo loquor primum optimi regis<sup>5</sup> caede maculatus\* integramente non erat et, cum metueret ipse poenam sceleris sui summam, metui se volebat; deinde victoriis divitiisque subnixus\* exultabat\* insolentia neque suos mores regere poterat neque suorum libidines. Itaque cum major ejus filius 715Lucretiae Tricipitini filiae Conlatini uxori vim attulisset mulierque pudens et nobilis ob illam injuriam sese ipsa morte multavisset, tum vir ingenio et virtute praestans L. Brutus depulit a civibus suis injustum illud durae servitutis jugum. Qui cum privatus esset, totam rem publicam sustinuit primusque in hac civitate docuit in conservanda civium libertate esse privatum neminem<sup>6</sup>. Quo auctore et

1 <sup>1</sup> *Perpetua potestate* : ablatif de qualité.

2 <sup>2</sup> *Senatus* : Cicéron, comme Tite-Live, attribue à Romulus le mérite d'avoir créé 135une assemblée, préfiguration du Sénat ("*consilium quasi senatus*"), composée des meilleurs citoyens qui tiraient leur autorité de leur prestige moral. Lycurgue, le législateur légendaire de Sparte (IX<sup>e</sup> s.), serait, lui, le fondateur de l'assemblée délibérative spartiate, la Gêrousie.

3 <sup>3</sup> *Reliquis* : s.-e. *generibus*.

4 <sup>4</sup> *Quoad* : construite avec le subjonctif, cette conjonction a habituellement le 1404sens de "jusqu'à ce que. Mais dès l'époque classique, il prend également le sens de "aussi longtemps que"; c'est ce dernier sens qu'il faut lui donner ici.

5 <sup>5</sup> *Regis* : Servius Tullius.

6 <sup>6</sup> *Privatum neminem* : Brutus n'a aucun droit réel à agir de la sorte. Mais 145Cicéron, suivant la pensée stoïcienne, justifie cette action par un droit moral, sorte de droit naturel; sortir de la légalité peut se justifier si le but visé est la restauration d'un ordre légal auquel on se soumettra.



720principe concitata civitas et hac recenti querela Lucretiae patris ac propinquorum  
et recordatione\* superbiae Tarquini multarumque injuriarum et ipsius et filiorum  
exulem et regem ipsum et liberos ejus et gentem Tarquiniorem esse jussit.

Videtisne igitur ut de rege dominus extiterit uniusque vitio genus rei  
publicae ex bono in deterrimum\* conversum sit ? Hic est enim dominus populi  
725quem Graeci tyrannum vocant; nam regem illum volunt esse qui consulit ut  
parens populo conservatque eos quibus est praepositus quam optima in  
condicione vivendi; sane bonum, ut dixi, rei publicae genus, sed tamen  
inclinatum et quasi pronum ad perniciosissimum statum. Simul atque enim se  
inflexit hic rex in dominatum\* injustiorem, fit continuo tyrannus, quo neque  
730taetrius\* neque foedius nec dis hominibusque invisius animal ullum cogitari  
potest; qui quamquam figura est hominis, morum tamen immanitate  
vastissimas\* vincit beluas. Quis enim hunc hominem rite\* dixerit, qui sibi cum  
suis civibus, qui denique cum omni hominum genere nullam juris  
communione, nullam humanitatis societatem\* velit ? (...)

735 Habetis igitur primum ortum tyranni; nam hoc nomen Graeci regis injusti  
esse voluerunt; nostri quidem omnes reges<sup>7</sup> vocitaverunt qui soli in populos  
perpetuam potestatem haberent.

**Cicéron, De Republica, II, 43-49, passim**

740

**Vocabulaire** : *ut* + subj. : ici, en admettant que / *excellere, o* : l'emporter /  
*mutabilis, e* : sujet au changement / *decidere, o, cidi* : tomber dans / *regalis, e* :  
royal / *haud scio an* : je ne sais pas si ne pas = peut-être bien que / *probare* :  
745trouver bon / *maculare* : souiller / *subnixus, a, um* : confiant dans / *exultare* : être  
transporté de, donner libre cours à / *recordatio, onis, f.* : souvenir / *deterrimus, a,*  
*um* : le pire / *dominatus, us, m.* : pouvoir, domination / *taeter, tra, trum* : horrible,  
abominable / *vastus, a, um* : monstrueux / *rite* : à juste titre / *societas, tatis, f.* :  
lien, communauté.

7 Omnes reges : omnes est cod de vocitaverunt, reges est attribut.